



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Colvmbarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

## COLVMBARIUM.

### COLVMBARIUM.

**C**olumbaria, ut vulgo, dicitur, & columbi, secundum Archi. Flori. 2. parte, titulo secundo, cap. i. post Pe- trum de Palud. cùm bona conscientia non possunt teneri, nisi sufficien- ter pascantur, ne inferant damna se- minibus, vel fructibus, quando tenens non habet tantum territorium cir- cum circa, quod in eo verisimiliter pas- cantur. Caietan. ibi dicit, quod habe- re huiusmodi columbaria contra sta- tuta municipalia disponentia, quod qui vult tenere columbarium habeat tantam terræ quantitatem, vel vbi sta- tutum nullum est, contra querelas eorum, qui damnificantur, peccatum est, nisi ex consuetudine, vel præscri- ptione legitima ius hoc habeat. Et si notabile damnum inferant alteri, non excusantur à mortali. Credo tamen licitum esse columbaria habere, vbi est consuetudo, & statuta non prohi- beant, & vbi patronus habet magnum terræ circuitum, vbi pasci possunt, quia si non essent columbaria, essent columbi etiam vagantes, sicut sunt nūc, & sunt aliae aues, vt anseres, grues & huiusmodi, quæ agros eodem mo- do vastant, sic & colubri facerent, sicut in aliquibus locis vbi non sunt co- lumbaria, & tamen in magnis turmis volant columbi, itaque non credo ta- les tenentes columbaria, etiam quod non habeant tantam terræ quantita- tem, de mortali esse damnundos, cum etiam ab ecclesia, & principibus tolerentur. Nihilominus patroni, tempore quo possunt damnificare a- gros, benefacere si pascerent eos, & clauderent. Non tamen credo eos ad hoc teneri, quia non sunt animalia domestica, sicut gallinæ, cum possint capi, & interfici vbiunque reperi- tur. Hæc sunt quæ iudicio meo & ra- tionabiliter videntur tenenda. Non est ergo præcipitanda sententia de mortali.

### COMMENDA.

**C**OMMENDA est duplex, scilicet ecclæsiæ curæ, & nō curæ, & duplice ex causa ecclesia consuevit

### COMMENDA.

commendari rationabiliter. Primo: ad utilitatem ecclesiæ commendatæ. Secundo: ad honestam subventionem commendatarij, quia licet c. nemo de eleeti, libr. 6. dicat quod non fiat nisi ex evidenti necessitate ipsius ecclæsiæ, tamen loquitur de curata. Quo- modò autem sienda sit commenda ecclæsiæ curatæ, vel parochialis, vide in d. ca. nemo. Vbi dicitur quod non com- mendetur nisi constituto in auctoritate le- gitima, &c.

**C**OMMENDATORIUS talis ecclæsiæ curatæ, non est prælatus, sed cura- tor, secundum Ioan. Andr. habet ta- mé legitimam administrationem 22. q. i. cap. relatio. quando debet fit, nec de iure facit fructus suos. secun- dum eundum Io. Andr. & Bart. quia custos est: & ius in ecclesia non habet in fructibus, nisi ad colligendum, gu- bernandum, & prouidendum, sibi, & ministris, residuum conuertendum in ecclæsiæ utilitatem. sicut de visitato- re, vt in cap. obitum. d. 16. & hoc tenet Hostien. licet de facto contrarium fi- at, quia ecclesiæ commendatæ fundi- tus ruunt.

**D**E beneficio non curato licet sub- uenire clerico si indiget, ad necessita- tem, aut decentiam. Vnde si abbatia haberet superflua, & aliquis cardinalis, vel episcopus, vel alius clericus indi- geat, potest fieri hæc commenda: & maximè quando non possunt inueni- ri regulares monachi, numero pari redditibus. Et eo casu secundum Pan- nor. in ca. de monachis. de præhend. tenentur commendatarij ecclæsiæ in solito statu conseruare, & de superfluo possunt sibi prouidere ad necessita- tem, & decentiam sui status. Conti- git tamen circa hoc mortaliter pecca- re. Primo si in veritate non indigent, sed solum ad pompam, vel ad suam concupiscentiam, vel avaritiam, hoc faciunt, quia sanguinem pauperum sibi usurpat. Secundo, si norabilitet cultum diuinum minuant, vt si ibi, 20. consueverant officiare, & propriet hoc vix 10. officiant ex avaritia eo- rum, sic enim honorem Dei lardunt, & dam-

